DE VITIIS UTERI CERVICEM ET OS OCCUPANTIBUS QUAEDAM.

DISSERTATIO

INAUGURALIS MEDICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS

IN

UNIVERSITATE LITERARIA

FRIDERICA GUILELMA

UT SUMMI

IN MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES

RITE SIBI CONCEDANTUR

DIE VI. M. JANVARII A. MDCCCXXXVIII.

H. L. Q. S.

PUBLICE DEFENSURUS EST

AUCTOR

CAR. AUG. CHR. JUL. SCHWINDT

SILESIUS.

OPPONENTIBUS:

C. PROBST, MED. ET CHIR. DR.; MED. PRACT.
H. LANGHEINRICH, MED. ET CHIR. CAND.
E. EVERTH, MED. ET CHIR. CAND.

BEROLINI,

TYPIS NIETACKIANIS.

VIRO

ILLUSTRISSIMO, AMPLISSIMO, EXCELLENTISSIMO

J. FRID. C. HECKER, M. D.

MEDICINAE IN UNIVERSITATE FRIDERICA GUILELMA BEROLINENSI PROFESSORI PUBLICO ORDINARIO, COLLEGII SUPREMI EXAMINIBUS MEDICIS CONSTITUTI SOCIO, REGIAE ACADEMIAE MEDICAE PARISIENSIS, ACADEMIAE SCIENTIARUM ET ARTIUM LUGDUNENSIS, ACADEMIAE SCIENTIARUM ET ARTIUM DIVIONENSIS, MEDICO-CHIRURGICAE VILNENSIS, SOCIETATIS MEDICO-CHIRURGICAE HUFELANDIANAE, SOCIETATIS MEDICINAE PER BORUSSIAM EXCOLENDAE ET MEDICO-PHYSICAE BEROLINENSIS, MEDICAE HAFNIENSIS, LIPSIENSIS, LONDINENSIS, LAGDUNENSIS, MASSILIENSIS, METENSIS, NOVO-EBORACENSIS, PHILADELPHIENSIS, TOLOSENSIS, TURICENSIS, VARSAVIENSIS, SOCIETATIS NATURALI SCIENTIAE PROMOVENDAE WETTERAVIENSIS, PHYSICO-MEDICAE BONNENSIS, DRESDENSIS, ERLANGENSIS, HEIDELBERGENSIS, INSTITUTI ALBANENSIS, SOCIETATIS MEDICORUM SUECANAE HOLMIENSIS ET ACADEMIAE PONTANIANAE NEAPOLITANAE SODALI ETC.

PRAECEPTORI AC FAUTORI BENEVOLENTISSIMO SUO

USQUE AD CINERES PIO GRATOQUE ANIMO COLENDO

NEC NON

ADFINI

OPTIMO, DILECTISSIMO

OTTONI ERNESTO LUTZE,

FAUTORI FRATERNOQUE AMICO

PIO GRATOQUE ANIMO VENERANDO

HASCE

STUDIORUM PRIMITIAS

EX INTIMA PIETATE

D. D. D.

AUCTOR.

Os uteri est quasi vitae porta. Omne vivum per hoc ad vitam progreditur, et multa atque varia sunt vitia, quibus occupatur, quare non raro evenit, ut conceptio, sine qua nulla vita exstat, non solum difficilior reddatur, verum etiam plane impediatur. Cum autem conceptio orta est, et os uteri infanti exitum ad mundum externum non concedit, et medicus hoc malum devincere nequit, saepius eheu! haec flammula hujus vitae et infanti et matri extinguitur. Conjux autem, quae marito prolem offerre nequit, quot et quantas lacrimas misera effundet! Vita feminarum vilis est et gaudiorum expers, nisi vitam novam et ex se ipsa procreatam complecti potest. —

Hujus organismi feminarum igitur partis vitia, quum nondum, prout necessarium mihi videtur, de iis sit disputatum, dignissima mihi videntur, quae serie quadam, medico practico utili atque intellectu facillima enumerentur; at vero in hisce scribendis me nullo modo fugit, admodum gravem atque obscuram materiem esse, quam aggressus sim.

Vitia portionis vaginalis orisque uteri permulta sunt, et quamquam primum de omnibus iis agere apud

me constitueram, tamen res, quas superare non potui, me impediverunt, quominus totum hoc morborum feminarum caput hacce dissertatione absolverem.

Priusquam rem ipsam adgrediar, liceat mihi, de dispositione, quam secutus sum, pauca dicere. Necessarium mihi visum est, ne saepius eadem afferre cogerer, divisionem ab interna natura horum malorum desumtam missam facere. Duas hac ex re classes feci, quarum altera vitia, quae totam cervicem s. portionem vaginalem occupant, altera ea, quae in ore uteri solo observata sunt, complectitur.

I. VITIA QUAE OCCUPANT CERVICEM ITAQUE OS UTERI.

A. Cervix et os uteri respectu formae alienae.

I. Defectus cervicis (1).

Deficientis cervicis solius exemplum nullum exstat. Contra autem Columbus (2) hanc ita formatam invenit

---

(1) a. de Monti in Brougnatelli Giornal f. m. t. 1 pag. 217.

b. Lucas, Mem. of th. Lond. medic. soc. Vol. IV. p. 96

c. Meyer, in: Schmuckers vermischte Schriften. Bd 2. pag. 299.

d. Theden, Med. chir. Aufsätze v. s. No. 6. pag. 217

e. Engel, Diss. de uter. defic. Regiomont. 1782.

f. Morgagni, de caus. et sed. morb. Epist. XLVI art. 11. 12.

g. Thilenius, med. chirurg. Bemerkungen.

h. M. B. Kittel, die Fehler des Muttermunds. Würzburg 1823. pag. 29.

(2) Columbus, de re. natur. l. XV. pag. 495.

ut uterus quidem deficeret, cervix vero ejus cum genitalibus externis adesset. Defectum totius uteri saepius observatum esse scimus, quocum defectus portionis vaginalis uteri interdum, ovariorum et tubarum autem semper conjunctus fuit, etsi genitalia externa magis minusve adessent. Huic tamen sententiae repugnare videtur, id quod in scriptis nonnullorum (1) auctorum traditum est: defecisse uterum, verum ovaria atque tubas àdfuisse. Uterus quidem defecit, i. e., ea quam normali statu habet forma atque structura, sed ejus loco omnibus hisce in casibus substantia quaedam aut cellulosa laxa, aut dura, irregularis observata est. Klinkosch, ut hunc unum nominem, casum observavit, in quo ovaria, tubae, genitalia externa adfuerunt, tamen uterus abfuit itaque tubae in parvam vesicam clausam inserebantur. Cervix nihilo minus adfuit, sed in superiore ejus parte saccus tanquam coecus inventus est.

Quibus relatis, naturam in genitalium formatione certam rationem sequi, intelligere oportet. Exteriores genitalium partes primo format, deinde interiores, quapropter cervix quidem una cum utero deesse potest, sed nunquam deest, ubi uterus adest; tali modo genitalia externa una cum cervice adsunt, etiamsi uterus deficit. Defectum cervicis vitium primae conformationis inhibitae esse, facillimum intellectu est.

II. Parvitas nimia cervicis (2).

Meckelius non satis certum atque confirmatum censet, utrum parvitas nimia semper vitium primae for-

(1) Hill, diss. de uter. defic. Prag 1777.

(2) s. Kittel eod. loc. pag. 30.

mationis impeditae, an interdum acquisitum, et quide tabe aliqua exortum sit; multo major harum destru ctionum numerus illud defendit, quamvis hoc quoqu accidere, infitiari non licet.

Parvitas autem non solum in diminutione ambitu externi et cervicis massae, sed etiam in coarctatione eju dem cavi et parietum tenuitate cernitur. Sola non ol servata est, sed semper cum aliis formationis impedita vitiis, praecipue cum cervice nimis longa. Mor gagni (1) in mulieris sexagenariae cadavere non vag nam solum, verum etiam uterum a justa magnitudin recedentem vidit. Cervix uteri corpus ejus longitudin superavit. Littre (2) alterum ejusmodi exemplum pro tulit. Mulier enim L annorum, quae per X et IX anno in matrimonio vixerat et nunquam conceperat, quum de functa secaretur, cervicem utero duplo longiorem obtu lit. De hac re nihil amplius referendum habeo, quan quod cervicem nimis parvam saepissime cum vagina bre viori atque arctiori inveniri adnotem.

III. Cervix uteri nimis longa (3).

Hoc vitium, cujus jam in iis, quae modo retuli, men tionem feci, fere semper una cum nimis parva cervic

---

b. Böhmer, Observ. anat. rarior. fascicul. alt.

c. Heuermann, Physiolog. Bd. IV. pag. 429.

d. Pole, Mem. of the Lond. med. soc. Vol. II. p. 504.

e. Ullersperger, Beschreibung zweier Missgeburte Würzburg 1822.

(1) Eod. loc. Epist. XLVI. art. 21.

(2) Mém. de l'acad. des sc. méd. an. 1704. pag. 33.

(3) a. Morgagni, eod. loc.

b. Pears: in Harles Journal der med. Lit. Bd. 7. St.

junctum occurrit, quo in casu hoc quoque vitium primae conformationis impeditae esse, facile intelligitur. Hoc vitium autem an interdum pro deformitate habendum sit, non pro explorato habemus, quia, ubi in vivis cervix nimis longa observata est, non constat, an cum ea uterus nimis parvus conjunctus fuerit. Thilenius (1), qui hujus vitii mentionem fecit, cervicem nimis longam, cono similem, plerumque rotunda nimis angusta apertura praeditam, causis adnumeravit sterilitatem efficientibus, quoniam cervix tali modo constituta semen virile non facile accipere possit. Kittel (2) quoque talem casum apposuit, quem ipse in femina viva vidit, qua de causa confirmari non potest, utrum vitium primae formationis impeditae, an deformitas sola fuerit. Prima, ut ita dicam, species, jam saepius observata est, et Hoin, Desgranges, Levret, ejusmodi casus se vidisse profitentur, ubi cervix tam longa fuerit, ut cum uteri semi-prolapsu confundi posset. Morgagni et Littre quoque, ut jam dixi, tales casus descripserunt.

IV. Uterus duplex.

Os uteri, quum ejus, quod et uterus et vagina habet, cavi sola conjunctio eorumque quasi pars sit, eodem, quo aut uterus solus, aut vagina sola, aut ambo affecta inveniuntur, primae formationis vitio, laborare

---

c. Littre, eod. loc.
d. Leveling in.: Schwed. Abhandlungen. Bd. 23. p. 306.
e. Reuss, über das Wesen der Exantheme. Bd. II.
f. Mende, die Krankheiten der Weiber. Theil 2. p. 275.

(1) Eod. loc.
(2) Eod. loc. pag. 23.

posse, non difficile est intellectu; raro tamen evenit, u tale vitium, cujus nec uterus nec vagina sit particeps in hoc solo reperiatur.

Princeps autem atque maxime praecipuum horun primae formationis vitiorum me quidem judice est, quo cum vicinarum quoque partium, ut vaginae, vesicae uri nariae, tractus intestinalis, duplicitatem haud raro con junctam esse scimus (1). Hujus vero duplicitatis abso lutae quidem, ut ita dicam, i. e. ubi inveniuntur ovari dupla, adhuc nulla, relativae autem non ita pauca ex stant exempla, quae, qualiacunque sint, sequentem i modum dividi posse videntur.

I. Uterus duplex. Forma uteri regularis ejusqu cavum septo aliquo in duas sejungitur partes (2) Hujus generis hae exstant species:

A. Uterus duplex perfectus (3), idem septum secernit ca vitates uteri, nec solum ejus fundi atque corporis, ve rum etiam cervicis et vaginae.

---

(1) J. F. Meckel. Handbuch der patholog. Anatomie. Leip zig 1812. Bd. I. pap. 670.

(2) J. F. Meckel, eod. loc. Bd. I. pag. 675.

(3) a. Meckel d. Vater in: Thamm, de genitura. Hal 1793. pag. 17.

b. Boehmer, eod loc.

c. Haller, Obs. patholog.

d. Pole, eod. loc. Vol. 4. p. 221.

e. Eisenmann, Tab. anat. quat. ut dupl. Argent. 1752

f. Callisen, Coll. soc. Hafn. Vol. I. pag. 146.

g. Riolan, Anthropogr. Libr. II. pag. 197.

h. Boesefleisch, Act. ac. Erfurt 1761. pag. 451.

i. Penchienati, M. de Turin. t. 6. pag. 289.

k. Palfyn, Descr. anatomique etc. jointe à la desc. an des parties de la femme. Leid. 1708.

B. Uterus duplex imperfectus, singulares tantum totius uteri cavi partes septo quodam sejunctae sunt.

1) Cavum uteri atque cervicis septo bipartitum est. (Os uteri et internum et externum duplex (1)).

2) Septum illud cavum uteri usque ad orificium tantum internum, non ultra, dividit. (Os uteri internum duplex (2)).

3) In solo externo uteri orificio septum reperitur. (Os uteri externum duplex (3)).

4) Totum et uteri et vaginae cavum, excepta illa, quae in cervice est, parte, septum in intermedium habet (4).

II. Uterus bicornis. Forma uteri irregularis ejusque cavum septo bipartitum. Dextrum et sinistrum latus uteri in cornua quasi exeunt, quorum longitudo modo major modo minor invenitur. Hujus vitii, quod fissura est incipiens, plerumque ex fundo uteri originem habens, varii nobis offeruntur casus (5):

1) Uterus, et corpus et cervix ejus, bicornis est,

---

(1) a. Gravel, de superf. in Hall. diss. coll. V. 5. p. 363. fig. 1.
b. May, Comm. lit. nor. an. 1733. pag. 195—197.

(2) a. J. F. Meckel, eod. loc. Bd. I. pag. 676.
b. v. Walther. Ueber die Geburtstheile des weiblichen Geschlechts. Berl. 1776. tab. 1—3.
c. Leveling, Obs. an. rar. tab. III.

(3) Kittel, eod. loc. p. 40. fig. 1.

(4) J. F. Meckel, eod. loc. pag. 672—673.

(5) a. Pole, eod. loc. pag. 507.
b. Boehmer u. Heuermann Physiologie. Bd. 4. p. 429.
c. Meckel d. Vater.

quapropter duae portiones vaginales separata inveniuntur. (Cervix bicornis (1)).

2) Uterus parsque superior cervicis bicornes sun (Os uteri internum duplex (2)).

3) Uterus, si formam ejus externam respiciamu bicornis, minime vero cavum ejus septo disjur ctum est (3).

4) Uteri superficies posterior tamquam, velut lev hujus vitii indicium, in cristam quandam exit(4

DE DUPLICITATE CERVICIS ORISQUE UTERI.

De vitiis oris uteri solis verba facere quum apu me constituerim, quumque cervicis vitiis os etiam uter et internum et externum simul saepissime corripi con stet, una cum illis et haec describere necessarium dux ne saepius eadem repetam.

1. Os uteri internum duplex.

Haec duplicitas, uti supra docui, modo bicornitat modo septo effecta, non semper uterum bicornem eum

---

(1) Pole eod. loc.
(2) a. J. F. Meckel, eod. loc. pag. 676.
b. v. Walter. eod. loc.
c. Leveling, eod. loc.
(3) a. J. F. Meckel, eod. loc. pag. 675.
b. Eisenmann, eod. loc. Tab. I. fig. I.
c. Gravel, eod. loc.
d. Leveling, eod. loc. Tab. IV.
e. Acrel in: Schwedische Abhandlungen. Bd. 23. pa 306. Tab. 7. 8.
(4) a. J. F. Meckel, eod. loc. pag. 676.
b. Haller, Ict. ut. human. in fasc. tab. an. 2. fig. 2.

que septo quodam bipartitum exigit. Leveling (1), Acrel (2), Meckel jun. (3) uteri corpus in cornua productum, neque vero hujus vitiosae formationis cervicem participem, neque cavum aut ejus aut uteri septo aliquo divisum se vidisse narrant. Meckel (4) puellarum non minus recens natarum, quam adultarum; fundi sinum magis minusve profundum, perfecta uteri simplicitate, se observasse affirmat. Saepissime autem una cum utero bicorni et septo bipartito os uteri internum duplex observatum est; gravioris etiam momenti ille casus est, cujus Pole (5) mentionem fecit: uterus enim coni formam praebuit, apice dextrorsum vergente, unde tuba emittebatur. Habuit quoque uterus sinistrum cornu, quod multo longius dextro, ex interiore cervicis parte oriebatur; portio vaginalis duplex erat. Facillime autem intelligitur, uteri os internum duplex esse debere, si septo aliquo non solum uterus, verum etiam vagina in duos lobulos distribuatur, excepto illo casu, cujus mentionem faciunt Gravel (6) et May (7): „quamvis vaginae septi particula, trabeculae carneae similis, uterique septum, totum cavum secernens, inveniretur, orificium tamen internum totusque cervicis canalis simplex fuit.«

---

(1) eod. loc.
(2) eod. loc.
(3) eod. loc. pag. 676.
(4) eod. loc. pag. 677.
(5) eod. loc.
(6) eod. loc.
(7) eod. loc.

2. Os uteri externum duplex.

Multa, quae supra adnotavi, de duplicitate exter quoque oris uteri dici possunt, quae quidem duplicitas sept non uteri modo cavum, verum etiam cervicis canale in duas partes secernente, effici potest. Illam veru bicornitatem usque ad externum os uteri processiss nemo unquam aut ipse vidit, aut ab aliis traditum leg praeter Kittelium, qui haec de uno hujusmodi exen plari, quod Herbipoli asservatur, in dissertatione su tradidit:

»Das Orificium externum uteri ist durch eine, a »dem Wulste des Muttermundes sich erhebende, do »pelt kugelförmige Fleischsäule so regelmäſsig und ei »runde Form darbietend abgetheilt, daſs derselbe vo »der Scheide aus betrachtet, völlig doppelt erschein »Diese Fleischsäule erhebt sich genau in den entgege »gesetzten Punkten des Wulstes so, daſs ihr dünnest »Punkt, d. h. wo die Kegelspitzen aneinander stoſse »also ihre Mitte, von der Längenachse des Beckens durc »schnitten wird, mit ihr einen rechten Winkel bildet, un »mit dem graden Durchmesser der Beckenhöhle parall »läuft. Jedes dieser beiden Orificien hat im Durchme »ser $3\frac{1}{4}$ Linien, also $\frac{1}{4}$ Linie mehr als ein gewöhnl »ches Orificium eines jungfräulichen Uterus (1).«

3. De iis, quas os uteri duplex infert, sequeli

Os uteri duplex, quoniam solum quidem rarissim sed cum uteri et vaginae duplicitate et, quod majo momenti est, cum aliis primae formationis inhibitae v tiis, ut vesicae urinariae et tractus intestinalis, conju

(1) Kittel, eod. loc. p. 42.

ctum haud ita reperitur (1) facillime graves inducere sequelas, ex quibus prae ceteris coitus impeditus nominandus est, intelligimus. Alii enim, ubi tali modo uterus ejusque partes sint destructae, omnino concipi non posse putant, alii partus aut immaturi, aut difficilis, aut omnino naturae conaminibus solis non peragendi, causam hac in deformitate ponunt (2). Mende (3) vero et his et illis repugnans, non conceptionem modo, verum etiam partum ipsum ab utero tali deformitati obnoxio peractum esse, contendit, neque duplicitatem cervicis, aeque ac orificii uteri, tam raram aut periculosam, quam illi, putat.

V. Labia orificii anomala.

Vitia labiorum oris uteri partim in deformitatum numero ponenda sunt, partim, ut nimia labiorum crassities, acquisitis degenerationibus accensenda.

1. Defectus labiorum.

Defectum labiorum solum, i. e. sine ulla cervicis orisque uteri alia deformitate, unquam observatum esse, nec audivi, nec aliquo in libro legi; et quidem per se ipsum elucet, ex defectu aut totius uteri, aut portionis vaginalis, sicuti ex coalitu, et connato et acquisito, simul defectum labiorum orificii evadere debere, neque minus dubitandum non est, labia et morbo quodam, et coalitu, oris uteri, ulceratione, carcinomate, aliisque consumi posse. Quod attinet ad connatum labiorum defectum,

(1) Meckel, eod. loc. p. 672.
(2) Kittel, eod. loc. p. 39.
(3) Mende, eod. loc. Bd. 2. p. 274.

hoc unum dicam, Morgagnium cervicem justo longio- rem observasse, cujus ori labia deerant (1). Ceteru hujusmodi defectum uteri functionem, nec impedire, ne tollere, censeo.

2. Labia nimis longa.

Hoc vitium, ubi observatur, rarissime in utroqu sed praecipue in anteriore labio solo repertum est (2 Congenitum vero an acquisitum sit, nondum pro cert habemus, quum autores hac de re minime consentian Portal (3) et Duclos (4) labium anterius tali abno mitate conspicuum in partu quodam difficili observarun ita ut fere usque ad vaginae exitum illud labium pro tractum viderent. De la Motte (5) qui hac de obse vatione sententiam tulit, illam justo majorem labii lo gitudinem inaequali in partu ipso extensione effectu esse censuit. Huic autem Kittel hisce repugnat verbis

»Dies ist wohl nicht anders möglich, als dadurc »dafs die vordere Lippe schon vorher beträchtlich ve »längert war; indem mit dem Austritte des Kopfes au »dem eigentlichen Bereiche des Muttermundes die nu »vorstehende vordere Lippe zwischen Kopf und Scheid »eingeklemmt, und so mit fortgezogen wurde. Au »eine andere Art läfst sich diese Erscheinung ohne Fe »ler gegen die Gesetze und die Mechanik der Gebu »nicht wohl erklären; an dem völlig verstrichenen Mu

---

(1) Morgagni, eod. loc. Epist. XLVI. art. 21.

(2) a. Ruehlenthal, Dist. in: de sterilitate foemin. Dui burg 1790.

b. P. Frank, delect. opuscl. medic. Vol. XI. pag. 316.

(3) in: Cours d'Anat. medic. Par. 1804. pag. 536.

(4) in: Bullet. der med. Fakult. in Par. v. Jahre 1818. No. I

(5) in: v. Siebold's Lucina 1813.

»terhalse ist bei der Geburt die Markirung der Mutter»mundslippen zu unbedeutend, als dafs ihr Vorhanden»sein noch zu rechnen wäre (1).«

Non minus vero de sequelis hujus vitii diversae opiniones exstant. Thilenius (2) enim hoc semper sterilitatem efficere contendit, cui Schmitt (3) monstrosam se labiorum prolongationem in feminis, quae jam peperissent, observasse objicit. Portal et Duclos senteniae Schmittii suffragantur. Mihi quidem persuasum est, tamen deformationem partum difficiliorem reddere posse, eamque saepius una cum sterilitate repertam esse, ex Thilenii observationibus elucet, quia forsan una cum illa labiorum deformitate uterus simili vitio correptus erat.

3. Labia nimis crassa.

Quum supra, ubi de inflammatione oris uteri locutus sum, intumescentiam atque crassitiem labiorum inflammationis certa signa praebere (4) adnotaverim, hanc labiorum enormem crassitiem acquisitam esse, satis elucet, tamen vero jam in partu observatur (5), etsi rarissime sola, sed plerumque cum aliis, et cervicis et oris uteri, deformitatibus conjuncta. Thilenius, qui hanc deformitatem solis in labiis observavit, eam sterilitatem efficere posse censuit (6), quae quidem opinio, si labia os uteri obtegunt atque claudunt, probabilitate non ca-

(1) Kittel, eod. loc. pag. 22.
(2) Medizinisch-chirurgische Bemerkungen. Par. 1804. p. 536.
(3) in: Gesammte obstetricischen Schriften. p. 121.
(4) Mende, eod. loc. Bd. 2. p. 37.
(5) Kittel, eod. loc. p. 24.
(6) Thilenius, eod. loc. p. 447.

ret (1). Ubi vero femina hoc vitio praedita tamen conceeperit, nonnunquam labia nimis crassa in partu tenuiora fiunt atque paene consumuntur (2), quod, si opere naturae non efficitur, partum difficiliorem reddat necesse est (3).

B. Cervix et os uteri respectu situs alieni.

I. Obliquitas cervicis itaque oris uteri.

Obliquitas cervicis, ex qua semper oris quoque uteri situm alienum profluere, facillimum est intellectu, hasce complectitur species:

1) Obliquitatem cervicis uteri uon ex situ uteri obliquo prodeuntem, sed cervicem uteri obliquam et:

2) Obliquitatem cervicis uteri effectam situ uteri obliquo s. situm cervicis obliquum.

1. Cervix uteri obliqua.

Hoc vitium rarissime solum invenitur, et quidem semper cum normali corporis uteri situ, cujus per medium si lineam ducas, cervicem cum hac angulum formare videbis, ita ut os uteri vel antrorsum aut retrorsum, vel sinistrorsum aut dextrorsum se vertat. Quod attinet ad originem atque primam causam hujus vitii, infitiari non potes, interdum quidem primae formationis vitium atque anomaliam subesse (4), saepius tamen partu quodam a norma recedente, nec non inaequali uteri parietum evolutione et crassitie effici, pro certo babebis, neque minus tum inveniri, quum uteri septo quodam

---

(1) Hippocrates, Aphor. Sect. V. aphor. 46.

(2) Kittel, eod. loc. p. 25.

(3) Smellie, A Collection of preternatur. cas. and observations in Midwiferi. 1766. Vol. VIII. p. 241.

(4) Kittel, eod loc. p. 24.

bipartiti altera cavitas praegnet (1). Kittel ejusmodi casum congenitum ipse observavit, ubi portio vaginalis versus os dextrum pubis vergebat et femina nunquam conceperat. Autenrieth (2) primus omnium hoc vitium congenitum invenit et ad causas sterilitatem efficientes referendum esse adnotavit. Quum Ill. Busch in opere suo de curatione hujus vitii apud gravidas loquatur, aut conceptionem si hocce congenitum sit vitium, concedere, aut solo de vitio acquisito disserere mihi videtur.

2. Situs cervicis obliquus (3).

Cervicem uteri, ubi recte constructa sit, semper vitiorum, quae in corporis uteri situ inveniantur, participem esse debere quum sciamus, fere nihil est, quod hoc de vitio afferam; ubi enim fundum ad posterius aut ad dextrum aut sinistrum latus conversum cognoscimus, cervicem uteri ad contrarium latus versam reperiamus necesse erit. Omnino igitur jam de hoc vitio non disputandum esse, satis elucet.

II. VITIA QUAE OCCUPANT OS UTERI SOLUM PRAECIPUE RESPECTU EJUS LUMINIS.

I. Os uteri clausum.

Os uteri clausum, diversissimis causis effectum modo congenitum et quidem primae formationis impeditae vi-

---

(1) Busch, Lehrbuch der Geburtsh. 3te Aufl. 1836. p. 257.

(2) Tübinger Blätter von Autenrieth u. Bohnenberger. Tübingen 1816. Bd. 2. Hft. 2.

(3) a. Busch, eod. loc. p. 256. 59—60.

b. Collmann, Abhandlungen über die Schiefstehung der

tium, modo acquisitum, inflammatioue, excrescenti obturatione aliqua etc. productum esse, compertum ha bemus, id quod causae illae diversae diversa ratione e ficiunt, tota v. c. portio vaginalis post inflammatione intumescens facillime hoc provocat. Itidem cicatric inflammationem traumaticam secuta, os concretum sa pins repertum est. Alia autem oris uteri clausi speci est ea, quae, etsi ex morbosa affectione genita esse po sit, uti ex hydatidibus, polypis etc., salva cervice, ali e causis, muco, sanguine coagulato, placentae particul etc., oriri solet. Distinguamus igitur oris uteri clau genera haec:

I. Atresiam veram s. imperforationem ce vicis uteri, quae esse potest:

A. *Atresia vera perfecta* (1)

B. *Atresia vera imperfecta s. membranacea* (2).

Gebärmutter unter der Geburt, und die verschiedenen Gattung u. Ursachen der Blutflüsse des weiblich. Geschlechts. Wien 181

c. Meissner, die Dislocationen der Gebärmutter u. Mu terscheide. Leipzig 1821.

d. Troschel, Diss. de morb. ex situ alieno uteri in qu cunque feminali epocha generalia quaedam tradens. Prag 1760.

(1) a. Boehmer, Observ. an. rar. fasc. alt. p. 61.

b. Pauli, Hist. morb. Vratisl. an. 1702. p. 210.

c. v. Sieboldt, Handb. d. Frauenzimmerkrankh. 2. Au Bd. I. p. 218.

d. Portal, Cours d'Anat. med. p. 536.

e. Mende, die Krankheiten der Weiber. Bd. 2. p. 2

f. Busch, eod. loc. p. 267.

g. Heidelberger klin. Annalen. I. 1825. p. 537. III. 18

h. The medical Recorder by Samuel Colhoun. V VII. 1824.

i. Naegele, Mogostocia e conglutinatione orificii ut Heidelberg 1835.

(2) a. Kittel, eod. loc. p. 34.

haec est: aut

a) totalis, aut

b) partialis.

II. **Atresiam spuriam s. concretionem oris uteri, quae est:**

A. Atresia spuria directa s. cicatricosa (1) *et*

B. Atresia spuria indirecta s. per excrescentias (2).

---

b. Boenecken, (senior) in: Fränkische Sammlungen aus d. Naturlehre, Arzneigelahrtheit etc. Bd. 5. Nürnb. 1760. p. XXXV. No. 3.

c. Dussossoy in: Journal de Médecine, Chir. etc. de l'anné 1785. Tom. 3. p. 541.

d. Boehmer, eod. loc. tit. 7. p. 62.

e. Meckel, eod. loc. Bd. 1. p. 663.

f. Littre, Mémoires de l'acad. d. sc. an. 1704. p. 33.

g. Frezel, Historia partus impediti ex membrana tendinosa os uteri externum arctante: in Thesauro dissertation. Vol. II. Diss. III.

(1) a. Joseph Jac. Plenck, Anfangsgründe der Geburtshülfe.

b. Hippocrates, de natura mulier. 33. de morb. mulier. Lib. II. R. 50 de sterilitate.

c. Haller, Vorlesungen über gerichtliche Arrneiwissenschaft Bd. I. pag. 424.

d. Pauli, eod. loc.

e. Plateri Praxeos med. Tom. III. Bas. 1736. Tom. I. cap. XVII. pag. 556.

f. Abhandlungen der Königl. Schwed. Academie der Wissenschaften vom Jahre 1767. Vol. XXVIII. pag. 301.

g. Böhmer, eod. loc. pag. 55.

h. Hemmann, Med. chirurg. Aufsätze hist. praktischen Inhalts. Berl. 1778. No. 2. pag. 41.

i. Morgagni, de caus. et sed. morb. Epist. XLVI. art. 14.

k. P. Frank, de cur. hom. morbis Epit. VII. §. 747.

l. Benevoli, dissertationi etc. e. Observazioni p. 79. etc.

(2) a. P. Frank, eod. loc. §. 749.

III. **Obturationem oris uteri**, quae fieri potest

A. per mucum, atresia mucosa (1)

B. p. sanguinem, atr. sanguinea (2)

C. p. hydatides (3)

D. p. polypos

E. p. adipis accumulationem

F. p. uterum prolapsum cum inversione.

IV. **Os uteri obtectum**

A. ab exterioribus

a) per labiorum intumescentiam.

B. ab interioribus

b) per placentam praeviam (4).

I. De atresia vera.

De defectu oris uteri, quatenus ab utero omnin deficiente pendeat, meum non est disserere, quia nem invenietur, qui contendat, talem casum ad uterum clau sum referendum esse. Ceterum Klinkosch (5) et d

---

b. Böhmer in actis physic. medic. acad. caes. Leopold Car. natur. curios. Vol. IX. appendice No. 3. Observatio de sa comate uteri.

c. J. J. Plenck, eod. loc. 2r. Th. p. 218.

(1) a. P. Frank, eod. loc. §. 755.

b. v. Siebold, eod. loc. Bd. I. §. 741. p. 467.

(2) P. Frank, eod. loc.

(3) a. Morgagni, eod. loc. Lib. III. Epist. XXIX. art. 20 Epist. XLVII. art. 23. 24. 25.

b. Kittel, eod. loc. pag. 15.

c. Dr. James Hope, pathologische Anatomie, übersetz von Dr. Krüger. Berlin 1836. p. 345.

(4) a. Busch, eod. loc. p. 343.

b. Brunner, diss. de partu praeternaturali ob situm pla centae super orificium uteri intern. Argentor. 1730.

c. Külpin, de placenta praevia in partu. Stettin 1791.

(5) In: Hill, diss. de uter. defic. Prag 1777.

Monti (1) exempla in lucem protulerunt, omnino non adfuisse uterum, confirmantia. Contra autem **Lucas** (2), **Meyer** (3), **Theden** (4), **Engel** (5), **Morgagni** (6) casus observaverunt, quibus uterus quidem adfuit, ore autem non praeditus, et talis uterus partialis, ut ita dicam, defectus optimum verae atresiae perfectae nobis praebet exemplar. Hoc genus uteri clausi vitium primae conformationis inhibitae esse, satis constat.

Atresia vera perfecta s. coalitus orificii congenitus, nisi prius aut morte, aut alia quadam ratione in lucem protrahatur, certe menstruationis incipientis tempore cognoscatur necesse est. Sanguis enim menstruus ex utero profluere non poterit, sed retentus magis magisque eum implebit, expandet itaque una cum illo abdominis tegumento ad justo majorem expansionem adiget. Per multa alia enim symptomata sequentur, quorum ischuriam et hydropem uteri nominare sufficiat. Quum vero aliis quoque causis amennorrhoea effici possit, atresia ita cognoscetur, ut, postquam femina nupserit, sterilitatem efficiat, etiamsi per illa, de quibus modo locutus sum, signa innotuerit. Semper igitur medicus et ad amenorrhoeam et ad sterilitatem attente animum advertere debebit, neque solum externam, verum etiam internam instituere explorationem, quo facto digitis labia orificii aut intime inter se conjuncta, aut omnino deficientia reperiet, atque portionem totam vaginalem cono similem, obtusam et clausam, quacum exploratione quasi manuali,

(1) In: **Brugnatelli**, Giornal f. m. t. I. p. 217.
(2) Mem. of the London med. soc. Vol. IV. pag. 96.
(3) In: **Schmuckers** vermischte Schriften. Bd. 2. p. 299.
(4) Mediz. chirurg. Aufsätze vide sup. No. 6. pag. 217.
(5) Diss. de uter. defic. Regiomont. 1782.
(6) **Morgagni**, eod. loc. Epist. XLVI. art. 11. 12.

exploratio specilli ope instituta semper conjungatur necesse est, quum alio modo certam morborum et vaginae et uteri ipsius diagnosin eruere non possimus. Quod attinet ad curationem, hoc vitium insanabile esse, dicit Mende (1): ut enim disjunctio aut perforatio cervicis perfici possit, tamen cicatricem, hanc operationem secuturam, motum uteri perfectum ejusque expansionem impedire dicens. Talis abnormitatis permulta exemplaria in iis, quos infra laudavi, libris tradita sunt.

Alterum hujusmodi vitiorum atresia vera imperfecta s. membranacea s. ligamentosa, nominatur, quae multo crebrior quam illa, aut totalis aut partialis est (2). Hippocrati, medicinae patri, hoc jam satis notum fuisse vitium videtur, quum autores eum sequentes haud raro orificii tali modo clausi mentionem fecerint. Perficitur autem atresia membranacea ita, ut membrana vaginae mucosa aut orificium quoque externum obtegat itaque claudat, aut usque ad canalem cervicis ipsum, nonnunquam adeo usque ad orificium internum, elongata sit. Diagnosis sola exploratione, specillo instituta, confirmari potest, quamquam jam digitis in vaginam immissis, loco oris vesicula protuberans, ergo atresia membranacea, satis intelligatur. At non semper totum oris uteri circuitum haec membrana obtegit (Atre. ver. impf. partialis), quamvis plerumque id fieri infitiandum non est (Atr. ver. impft. totalis). Frezel (3) exemplum observavit,

(1) eod. loc. Bd. I. pag. 218.
(2) a. Kittel, eod. loc. p. 34.
b. Bönecken, eod. loc.
c. Dussossoy, eod. loc.
d. Böhmer, eod. loc.
e. Meckel, eod. loc.
f. Littre, eod. loc.
(3) Eod. loc.

in quo modo pars oris uteri membrana qnadam obtegebatur itaque concludebatur; conceptio evenit, in partu vero ipso uteri ruptura secuta est. Quidquid de effectu hujus deformationis dicere possim, jam supra protuli, id quod non solum de hoc, sed etiam de subsequentibus vitiis generatim valet.

2. De atresia spuria s. acquisita s. superveniente s. concretione oris uteri.

Haec pro primae conformationis impeditae vitio non est habenda, sed nonnisi morbosa quadam affectione procreata existit, et directa et indirecta nominari potest, prout aut cicatrisatione quadam, aut excrescentiis efficiatur. Altera harum, quam modo nominavi directam, atresia inflammatione, praecipue traumatica, rupturis oris, ejusque ulceratione gignitur, quamvis Böhmer (1) se os uteri post partum quoque concretum invenisse, in libello suo, quem infra attuli, nuntiat. Exploratione interna digitis cognoscuntur cervicis loca dura et sicca, specillum per os et cervicis canalem adigere non possumus, etsi non semper res ita se habet, quum nonnunquam pars tantum cervicis canalis concreta, orificium externum autem apertum inveniatur. Quamque haec atresia inflammationem subsequi potest, itaque diversis temporibus apparet, ubi vero observata est, semper amenorrhoeam induxit, si menstruatio nondum adfuerat, aut retentionem mensium, si prius jam fluxerant; talis exempli Benevoli (2) mentionem fecit. Ubi vero haec atresia post conceptionem accedit, partus retenti causam praebere potest, qui tunc non aliter nisi perforatione artificiali perfici poterit (3).

(1) Böhmer, eod. loc. p. 65.
(2) Dissertationi etc. p. 79.
(3) Mende, eod. loc. p. 47.

Atresia per excrescentias orta praesertim nimia mem-
branae mucosae, quae cervicis cavum investit, produ-
ctione gignitur. Excrescentiae ita in ore et canali ips
procreatae os uteri claudunt, quamvis perfectam concre-
tionem proferre necesse non est (1).

3. De obturatione oris uteri.

Obturatio, quod attinet ad obturamentum, valde dis-
crepat. In hominibus enim phlegmaticis atque consti-
tutione pituitosa praeditis mucus in canali cervicis col-
lectus et accumulatus obturationem ita dictam mucosam,
sanguis coagulatus, cervicis canali inhaerens, obturatio-
nem sanguineam, hydatides hydatidosam, polypi polypo-
sam, adeps accumulatus adiposam, prolapsus cum inver-
sione uteri propriam provocant obturationem.

Obturatio mucosa s. Atr. muc., nonnunquam, prae-
cipue in hominibus, ut jam dixi constitutionis pituitosae
occurrens, mox praeterit itaque minoris momenti habenda
est. Mulieres aetate provectiores sub mensium cessatio-
nem, praecipue haud multo ante menses (2) secessu ob-
turamenti mucosi et doloribus cum illo conjunctis labo-
rant, similibus iis, qui partum antecedunt, deinde ple-
rumque menstruatio non impedita solito more mox red-
ditur. Cum vero uteri vita fere jam exstincta est et mu-
lier cachectica utitur constitutione, ex retentione men-
sium tumescentiae oriuntur atque ischuria, hydrops et
pneumatosis uteri facillime emergunt (3). Diagnosis hu-
jus vitii solo specillo confirmatur atque plerumque ex

(1) a. P. Frank, eod. loc.
c. Boehmer, eod. loc.
c. J. J. Plenk, eod. loc. 2. Th. p. 218.
(2) P. Frank, eod. loc. VII. §. 755.
(3) P. Frank, eod. loc. VII. §. 749.

ploratione causa, quae obturationem effecit, obturamentum mucosum dico, removetur (1).

Obturatio sanguinea s. atr. sang., fere solis adhuc in puerperis observata est, et non modo sanguine coagulato, sed etiam placentae particulis efficitur. Diagnosis, cum ita res se habet, facillima est, quoniam os uteri puerperis multo amplius et laxius est, itaque digitis admodum patet, sed menstruo quoque spisso et tenaci sanguine in cervicis canali accumulato et conglomerato effecta obturatio reperta est (2).

Obturatio hydatidosa. Andral (3) polypum vesicularem descripsit, quem in cervicis canali reperit, completum parvis cellulis, quae gelatinosam substantiam continuerunt. Ceterum nonnunquam observatum est, vesiculas cervicis s. ovuli habothi, modo huic adhaesisse modo cum interna ejus superficie concrevisse (4).

Obturatio polyposa. Ut supra commemoravi, polypis mucosis efficitur, qui propriam in membrana cervicis mucosa sedem habent (5).

Obturatio adiposa. Hujus vitii, temporibus novissimis nondum observati, solis in libris, qui nominantur pseudo-hippocratici, mentio facta est, quo loco iis haec

---

(1) v. Siebold, eod. loc. Bd. I. §. 741. p. 467.

(2) P. Frank, eod. loc.

(3) Dr. James Hope. eod. loc. p. 345.

(4) Weber, Anatomie Bd. 4. p. 417.

(5) a. Mende, eod. loc. Bd. 2. pag. 162.

b. Frid. Joh. Goertz, diss. in qua novum ad ligaturam polyporum uteri instrumentum proponit et describ. Goetting. 1783.

c. Mende, eod. loc. p. 171.

obturatio adnumeratur causis, quae sterilitatem possi[n]
provocare (1).

Obturatio per uteri prolapsum cum inversione. Hisc[e]
cum malis semper obturationem oris conjunctam ess[e]
debere, per se satis elucet, quam ob causam de hac r[e]
nihil amplius proferendum mihi videtur (2).

4. De ore uteri obtecto.

Omnes hic nominandi casus non proprie ad canal[is]
cervicis morbos pertinent, tamen recte hoc loco afferen[di]
videntur, quo magis hujusmodi vitiorum numerus com[-]
pleatur. Os uteri et externum et internum solum obte[-]
gitur. Os uteri externum obtectum non reperitur, ni[si]
labia intumuerint, sive inflammatione quadam (3) sive ve[-]
getatione anomala normamque excedente, sive desorga[-]
nisatione quadam, quarum e numero scirrhosam afferan[t].
Os uteri internum modo plane obtegitur (4) per placen[-]
tam praeviam lateralem. Praeterea molae, hydatide[s],
polypi in cavo uteri orti, membranae ovi, hydrops sa[c-]
catus, uteri orificium internum praecludunt.

5. De atresia spastica.

His de ore uteri clausi relatis, unum genus ejusde[m]
superest, de quo dicendum. Os uteri enim spasmo quo[-]
que claudi potest, et hunc morbum dynamicum omni[-]

---

(1) a. Hippocrates, lib. de natura mulierum edid. Lin[d.]
§. 19.

b. ejusdem lib. de morb. mulierum §. 30.

c. Ch. G. Gruner, ad ind. solomn. J. L. G. Frühau[f]
Explicatur locus Hippocratis de uteri orificio praepingui causa st[e-]
rilitatis probabili. Jen. 1790.

(2) Busch, eod. loc. p. 263.

(3) Mende, eod. loc. Bd. 2. p. 37.

(4) Busch, eod. loc.

symptomata mensium retentionis efficere et partum difficiliorem reddere posse, satis constat (1).

II. Os uteri nimis angustum s. angustiae orificii (2).

Angustiae orificii uteri, quae bene atresiis orificii, in quarum descriptione modo versatus sum, annectitur apteque nos in elaborando opusculo ab illis vitiis ad aliud infra describendum quasi traducit, tam congenitae, i. e. ex impedita prima formatione prodeuntis, et acquisitae, non ita pauca prostant exempla. Congenitum hoc vitium solum nonnisi raro invenitur, saepius tamen cum nimia cervicis longitudine est observatum; ubi vero postea acquisita est haec angustia, aut falsa aut vera nominari mihi videtur. De ea quam falsam nominari volo, angustia oris uteri, spasmo scilicet effecta, jam supra, de atresia spastica verba faciens, satis locutus sum, tamen addere liceat, hoc vitium fere solum aut in partu ips, aut post partum animadverti, cognoscique jam ex signis, quae totius quandam corporis affectionem prodant, ita ut exploratio interna omnino omitti possit. Hanc si tamen instituere velimus, os uteri ipsum reperiemus contractum oblique interdum situm, durum, tensum, admodum sensile, vaginam vero spasmo plerum-

---

(1) a. Mende, eod. loc. Bd. I. p. 129.
b. Busch, eod. loc. p. 181.

(2) a. Kittel, eod. loc. p. 31.
b. Busch, eod. loc. p. 266.
c. The medical Recorder of original Papers and Intelligence in Medecine and Surgery. Conducted by Samuel Colhoun. Philadelph. Vol. VII. 1824.
d. Heidelberger klinische Annalen 1825 p. 537.
e. v. Siebold, Ad. E. Journal für Geburtshülfe. Bd. VIII. 3 D. 726. Bd. XI. 3. p. 515.

que simul prehensam, fervidam, sensilem, nonnunqu
siccam. Mende non in partu solo sed alias quoq
spasmo corripi os uteri, saepiusque per menses detin
contendit. Ex alia quoque causa profluere potest a
gustia oris uteri; ubi enim os uteri digito ad explo
tionem in vaginam immisso inaequale et tuberosum
praebet, substantiae hujus degeneratio quaedam ang
stiam secum duxit, sin vero aequale, durum, minus s
sile, quale in puerperis praecipue esse solet, orifici
ex nimia fibrarum rigiditate degenerasse, intelligimus.

III. Os uteri hians s. hiatus orificii uteri (

Haec alienatio, atresiae atque coarctationis oris ut
variis speciebus perinde contraria et congenita, itaq
primae conformationi imputanda et aetate magis pro
cta, aut morbosa uteri quadam affectione inducta, a
aliis ex causis prodiens, observatur, solaque interna e
ploratione cognoscenda modo majoris modo minoris
momenti, prout aut ipsa destructio minus magisve p
cesserit, aut causae hujus vitii graviores levioresve fu
rint. Summus itaque hujus deformitatis gradus qu
aut conceptionem omnino impedire aut abortum secu
ducere possit, nemo certe dubitat, etsi infitiandum n
sit, minorem gradum sine ulla molestia existere pos
Quod attinet ad morbos, quos haec deformitas aut c
mitatur aut subsequitur, inprimis tumor in cervicis c
nali forte exortus, polypus aliaeque graviores har
partium degenerationes nominandae sunt, sed inflamm
tione quoque portionis vaginalis labia orificii intumuis
itaque justo magis os apertum esse, contestantur e
empla.

---

(1) a. Kittel, eod. loc. p. 20 et p. 26.
b. Dr. James Hope, eod. loc. p. 346.
c. Mende, eod. loc. Bd. 2. p. 37.

VITA.

Ego Carolus Augustus Christianus Julius Schwindt, Boleslaviae, Silesiae urbe, a. hujus saeculi IX., die XI. m. Maji, patre optimo, directore judicii publici Leorinensis, quem post septimum vitae annum defunctum lugeo, matre carissima, e gente Roseno, quam mihi secundo anno vitae quoque mors eripuit, natus, confessionique evangelicae addictus sum. Septimo vitae anno ab optimo avunculo, justitiae consiliario Glogaviae, exceptus et primis litterarum rudimentis imbutus sum. Deinde me advocavit frater optimus Carolus, Vratislaviae t. t. pictor, ubi gymnasium Elisabethanum, quod cum directore Cel. Etzler, eoque defuncto directore Cel. Reiche maxime floruit, per quatuor annos frequentavi. Gymnasio relicto, quoniam frater meus Vindobonam se contulit, pharmaciae me dedi, et in pharmacopolium Honoratissimi viri Aubert mense Aprili anno MDCCCXXVII. receptus sum. Adversa valetudo autem me impediit, quominus hoc munere fungi pergerem. Quapropter m. Septembri a. MDCCCXXVIII. officinam reliqui. Anno MDCCCXXVIII. mense Octobri adscriptus sum numero discipulorum scholae chirurgicae Vratislaviensis, quae sub auspiciis Ill. viri Wendt adhuc viget et floret, quam autem post annum relinquere jussum sum. Anno MDCCCXXX. Berolinum petii et nomen dedi apud Ill. Rust, studii chirurgico-pharmaceutici directorem gravissimum. Per hujus studii tempus propter valetudinem adversam, qua Berolinum relinquere cogebar, studiorum annum perdidi. Maturitatis dein testimonio instructus, ab Ill. Strauss, t. t. rectore magnifico, civibus almae universitatis Berolinensis adscriptus sum et Ill. Busch, gratiosi medicorum ordinis t. t. decanus, in numerum studiosorum artis salutaris me recepit.

Per totum studiorum cursum praelectionibus int
fui Vratislaviae Ill. Otto, Ill. Barkow, Cel. Schu
mel, Berolini autem Ill. Link, Ill. Mitscherlich, C
Schubarth, Ill. Lichtenstein, Cel. Rose,
Rudolphi, Ill. Mueller, Ill. Schlemm, Ill. Osar
Ill. Hecker, Cel. Kluge, Ill. Rust, Ill. de Grae
Ill. Juengken, Cel. Truestedt, Cel. Kranichfe
Exper. Angelstein, Ill. Wagner, Ill. Horn, C
Wolff, Ill. Bartels, quibus omnibus, de me egre
meritis, gratias habeo quas possum maximas, aeque
Drr. Frank, t. t. regio consiliario a rebus medicis Fr
cofurti, et Born Physico ejusdem urbis, quibus du
bus, a. MDCCCXXXI. Lebusii, oppido apud Franc
furtum ad Viadrum sito, quum cholera ibi saevir
medici munere functus sum.

Tentaminibus vero philosophico et medico rite s
peratis, nec non examine rigoroso coram gratioso me
corum ordine absoluto, spero fore, ut dissertatione th
sibusque rite defensis, summi in utraque medicina h
res mihi concedantur.

T H E S E S.

1. Non existere puris metastasin.
2. Nonnisi oculos videre.
3. Vasorum ligaturam torsioni esse praeferendam.
4. Dactylosmileusin, ubique fieri possit, amputationi exarticulationi phalangum anteponendam.
5. Placentam, nisi gravissima urgeant symptomata, ar solvendam non esse.
6. Quamcunque diversam operationem cataractae habe proprias indicationes, nec alteram alteri praefere dam esse.
7. Experientiam minime aetate, sed studiis et ingen enasci, contendo.